

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Cap. XI.

65.


De Guntzami divitis filio Bezone, qui et Landolus
dictus est, ceterisque.

Hoc recenset ordine Resporcius, ut primo loco Bezonem
ponat, a quo propagata sit familia proximo Brichvilonem,
dein Gebizonem, et Cunzelinum. Consentit in his Guilliman-
no et plurimis aliis. Ducelinus p. 26. et 51. omnes hos qui-
dem recenset, sed Cunzelino seu parvo Cunrado, quem ipse
Cunzelinum scribere mavult, familia propagationem tri-
buens, ceteros improles facit, aut nullum ejus rei documen-
tum offert. De Bezone seu Landolo, quomodo vix pubertatis
aunos egressus, vivente adhuc et renum potente patre, Hun-
garos laud procul Scythia Insula adveni Divo Fridolino sacra
ingenti clade affecerit, praeda, quam ex direpta Bavaria
et Alemannia optimam collegerunt, ipsis ablata et partim
huic Sancto, partim novo extruendo Monasterio, quod ipse et
auxiliarius ejus Cadolus, Argoviae Comes, voverant, si vi-
ctores evasissent, destinata: Vide elegante stilo descriptio
a Guillimano. Accidit illud an. ~~937~~. 937. et mox subdit
idem author: haud pari felicitate ano inseq. 938. cum
ea gente congressus in Alsatia Luitfridus, Landoli pa-
trius, qui inter fortiter pugnandum cecidit, et traba-
rorum multitudine superante Elzala victi ac profligati
sunt. Fuit is Luitfridus junior, frater Thundfridi, prole
carens. Hinc addit Guillimano: post Luitfridi Cadem
Guntzamus omnium solus heres, divitis ex ea oppum con-
junctione cum fecisset cognomentum, Landolum, cujus
virtus praeterito praelio probata erat, Elzalia et Trivisica
profecit. Is postea S. Henrico et Cunrado Impp. assidua
bella gerentibus praesto fuisse et res magnas esse fertur.

Decodem Bezone præter jam dicta breviter memorata, addit Püßportius, quod fortissimus cognominatus fuerit, quod incolas Comitatus Rorenfis ꝛ alias Libera Officia: ꝛ in protectionem suscepit an. 957. quod IV. non. Apr. an. 997. obiit, sepultus Sulzberga, quod monasterium cum fratre Birchlilone in honorem S. Cyriaci condidit, et cernitur, inquit, ibidem in Choro, Lazio, Heutero, et Henningio testibus, ipsius imago cum hoc elogio.

Bras Sulzo Non Habstung, S. Maria Witt Gott firs uing. Uxor, inquit idem, plures habuisse dicitur: nulla nominatur. Placet tamen ipsi Comitissam Sonnebergiam, huius potius, quam Cänzelini ꝛ ut quidam alij volunt: conjugem fuisse.

Birchlilo Comes, Bezoniæ frater, an Waldmischeuse Cönobium ꝛ quod ei a plerisque tribuitur: ꝛ fundavit, dubitare cogor, lecto Ottonis III. Diplomate, in hæc verba conscripto: In Nomine Sanctæ et individua Trinitatis, Otto divina favente Clementia Rex: Si Ecclesias Dei nostra regali potentia a Regum Rege nobis mortalibus concessa sublimare conamur, hoc procul dubio et ad presentis nostri regni statum et ad æternæ beatitudinis premium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum tam presentium, quam et futurorum noverit solers industria, quomodo nos cuiddam Monasterio Waldmirsch vocitato in pago Trisgovia et in Comitatu Birchlilonis comitis sito, ac in honore B. Genitricis Maria, Sanctæq; Margarethæ Virginis constructo et dedicato, quod per traditionem Burkardi Strenuissimi Ducis Alemannorum unacum consensu et comprobatione conlectalis sue Heduida hæreditario jure in nostrum

67.
decidit jus, talem donamus atq; largimur libertatem,
quam Augia, Garbeia, aliq; monasteria habent nostri
regni, in quibus Monachi vel monacha sub regula S. Be-
nedicti digna Deo praebeant servitia, volumus enim, ut pro-
satum monasterium rerum suarum liberam in omnibus
disponendi regulariter habeat potestatem &c. et ut haec
nostra regia auctoritatis concessio nunc et in futuro
firma et inconvulsa permaneat, hoc nostrae donationis
privilegium cum consilio Principum nostrorum auctori-
tative inde conscriptum, sigilli nostri impressione signare
iussimus, manuq; propria, ut infra videtur, corrobora-
vimus. Signum Dni Ottonis  gloriosissimi Regis.

Hildibaldus Epus et Cancellarius vice Villegisi recognovi.
Data X. Cal. Januar. an. Dni Incarn. DCCCCXIII. In-
did. VII. anno autem tertij Ottonis regnant. XI. Actum
Sarbach feliciter. amen.

Hoc Ottonis privilegium confirmavit Henricus IV. an.
1122. et Rudolphus an. 1275. constatq; ex illo, quod Wald-
Kircha quidem in Comitatu Birkhilonis Comitis sita sit,
ast quia Burckardus Dux Alemanniae, et conjux ejus
Hedwigis Henrici Bavari filia, neptis Henrici I. qui
auceps dictus est, Monasterium tradiderunt in manus Ot-
tonis, signum id haud obscure est, fuisse hos fundatores,
quaque demum ratione id factum, ut in Comitatu a-
lieno carobium condiderint.

Illud haud paulo certius de Birkhilonone, quod in
monte Salsedinis, vulgo Sulzberg, locus in hodiernum
diem Marchioni Hachbergensi subiectus est, pro Virgini-
by nobilibus Cenobium ipse et fratres ejus conjunctis animis
atq; opibus construxerint, ac liberaliter dotarint, ubi et
post fata recondi voluerunt.

68. De Gebizone refert Piespordius, et plerique alij, quod arcem Giffenberg condiderit, quodq; præter Symbolum suum in Sulzbergensem dotem collatum, etiam seorsim apud Ravensburgum Alba Augusta s. vulgo Weissenau, canobium fundavit, qui hunc Bertholdi Zeringij patrem constituunt, nullo modo audiendi: nam paulo post certiora dabimus.

Cap. XII.

De Bezonis Habsburgij filijs.

Theod. Piespordius Stem. Austr. Schemate. d. post Bezonem Landolus, inquit, II. et junior Bezelinus, etiam et Zanzelinus s. ut Pater: dictus in divisione cum fratribus Brisiacam in partem obtinuit, pleriq; Henrici II. et Cunradi bellis interfuit, a quibus obfortia facta Equestrem dignitatem accepit. Monasterium nobilitatis faminarum haud procul oppida Quisfelda in valle Fero, fluvio irrigua, quod montem Christi mercupavit s. vulgo Oelsberg, quod vallis ista referat similitudinem illius, quam apud Hierosolymam hortus olivarum, et frequentes Salvatoris nostri in eo preces celebrem reddunt: condidit, quod Pater praelio hungarico haud procul pugnato voverat, spoliisque gentis et Victoria eo destinarat. Obiit año Christi 1036. regiminis 45.

Subdit mox idem Auctor: Landoli II. Uxor Agnes Burgunda, suspensum s. ut quidam volunt: Comitum Stirpiorunda, ex qua Berchtoldus I. quem alij Landoli II. fratrem, alij ex Gebizone patruelem faciunt, sed priori opinioni tempora, posteriori monumenta S. Belri ad Harciniam